



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Secvndvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

TVTE EXCOMMUNICATIONIS.

na & corporalis. Spiritualis est, una fides, spes, charitas in deum. Corporalis est, participatio eorumdem sacramentorum, id est, signorum fidei, spei, charitatis, quae tamen ulterius extenditur usque ad communionem rerum, usus, colloquijs, habitationis, aliarumque corporalium conuersationum.

Igitur sicut priore illa spirituali cōione, nulla creatura potest animā uel cōicare, uel excōicatā reconciliare, nisi deus solus. Ita non potest communionem eandē ulla creatura ei auferre, seu eam excōicare, nisi solus ipse homo, per peccatum proprium.

Hæc sententia satis patet, quia fidem, spem, charitatem, nulla creatura potest conferre, uel auferre, luxta illud Rho. viij. Quis separabit nos a charitate dei? Et infra, Certus sum, quod neque mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque uitates, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundus, neque alia creatura poterit nos separare a charitate dei, quae est in Christo Iesu domino nostro. Et i. Pe. iiij. Et quis qui uobis noceat, si boni aemulatores fueritis.

S E C V N D V M.

Consequens ergo est, quod excommunicatio Ecclesiastica, est dūtaxat externæ priuatio communionis, scilicet sacramentorum, funeris sepulturæ, publicæ orationis, deinde aliarum (ut dictum est) corporalis necessitatis rerum & conuersationum. Hæc enim sententia nota est, sic & Paulus i. Corin. v. scribit, Ut non commisceantur, nec cibū sumat cum eo, qui noīatur inter eos fornicator, maledicus, ebriosus, rapax &c. Et iij. Thessal. iiiij. Si quis non obedierit uerbo nostro p epistolā hanc, notate, & non commisceamini cū illo, ut confundat. Sequitur, Et nolite quasi inimicū existimare, sed corripite, ut fratrem. Hæc si non de excommunicatione externa, salua interna communione dicta sunt, fateor me non intelligere Apostolum Paulum. Et Iohannes epistola secunda, Si quis uenit ad uos, & non affert doctrinā hanc, nolite eum in domū recipere, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, cōlicatur operibus eius malignis.

T iiij